

S. AMBROSIVS

EPISTOLA LXV. AD

SABINVM Tom. V̄

INTERLVDAMVS EPISTOLIS

Quarum ejusmodi usus est, ut *Disjuncti* locorum interval-
lis, affectu adhaereamus: in quibus inter *Absentes*
IMAGO refulget Praesentiae, & *Collocutio* scripta
Separatos copulat. In quibus etiam cum *AMICO*
miscemus *Animum*, & *Mentem* ei nostram infundimus.

S. BASILIIVS

EPIST. LV. AD S. AMBROSIVM

Episcopum Mediolan. Tom. II.

VNUM VERO, QUOD INTER MAXIMA
reputari potest ab iis, qui non difficili Beneficiorum
DEI in se collatorum sensu tanguntur, & praesens,
hoc est, quòd quàm longissimè propter locorum distā-
tiam *Sejunctis* per *Litterarum* alloquium mutuo
COALESCERE DEDIT

PER-ILLVSTRI

AMPLISSIMO. ET. SVMMO. VIRO

D. LAVRENTIO. RAMIRESIO

A. PRATO

EQVITI. ORDINIS. *S. IACOBI*

A

CONSILIIIS. INDICIS

ERICIVS. PVTEANVS

CONSILIARIVS. ET. HISTORIOGRAPHVS

REGIVS

NEC-NON. PROFESSOR. PVBLICVS

IN. ACADEMIA. LOVANIENSI

HANC. EPISTOLAM

IN. FIDEL. ET. AMICITIAE

TESSERAM

SVMMAM. EI. FELICITATEM. EXOPTANS

MITTIT

R. 395039



PER-ILLVTRIS. AMPLISSIME. ET. CLARISS.

DOMINE

MAGNE. LITTERARVM. PATRONE

CLIENS adsum, & novum fero Munus, magno *Ti-
tulo* adornatum: *PVRPVRA AVSTRIACA*
est, & *Serenissimi PRINCIPIS FERDI-
NANDI CARDINALIS* Imaginem represen-
tat; quae neque à Virtute, neque à Gloria removeri unquam
poterit. Nō tam ut ingeniosè, quàm ut verè scriberem, ope-
ram dedi. Et fortassis ut laudarem *PVRPVRAM*, infantia
meam professus sum: amplius enim dicendum erat, quàm di-
xi; quaedam etiam dixi, quae fortassis fatius erat subticere:
non mala quidem, sed, ut ingenuè fatear, minùs bona; optima
autem omnia esse debent, quae de *AVSTRIACIS* verè *Op-
timis*, in medium proferuntur. Sed me excusent Curae, ac Mo-
lestiae, quibus involvor cōtinuò, illae arctioris Fortunae FI-
LIAE, Bonae Mentis, & Litterarū remorae, & verè Morbi.
Haerent igitur, imò laborant uberiores Studiorum meorum
Fructus, auxilio, & alimento adhuc suo destituti: nisi quod
audeam etiam *PVRPVRAE* hujus fiduciâ, Spem novâ con-
cipere, & ad Animi Tranquillitatem adspirare. Faventem
mihi hîc Excellentissimum D. Marchionem DE AYTONA
habeo: qui ut *Ingenii* Cultum, *Armorum* Gloriam, nobilissimo
exemplo, sociat; ita intelligit Rerum, & Imperii nervos *Lit-
teras* esse, publico autem patrocinio dignas. Suâ etiam me
Humanitate, prorsùs officiosâ, erigit, nobilissimae Elegãtiae,
& Eruditionis HEROS, Comes LVPVS VVALTHERVS
ZAPATA, Ornamentum Gentis suae, Decus, ac Delicium

Om-

Omnium. Tuus est, & hoc satis, ut compendio ELOGIVM
absolvam. Ego verò id sedulò in omni FORTVNA agam, ut
T V V S quoque sim, & inter veros admirandi Ingenii Tui,
Doctrinae, Famae, Dignitatis Cultores censear.

Affectu, Cultu, Obsequio

ERYCIUS PVTEANVS

LOVANII in Arce. **VIII. Kal. Aprilis.**

∞ **IOC. XXXV.**

MVNVS CVLVM nuper Historicum
Amico ad **TE** ferendum dederam. Is si
feliciter pervenerit, gaudeo: si dignus
etiam Affectu fuerit, triumpho.

ERYCIO . PVTEANO

V . C

**LITTERARVM . PARENTI
MAXIMO**

S . P . D

BV CLIENS, qui *Litterarum*, &
Litteratorum PATRONVS es?
ò utinam & Ego inter *Susceptos*
enumerari valeam, qui *Clientelam*
agnosco, & suspicio Tuam.
Foves *MVSAS*, *Musarum* DECVS. Favet *Bon-*
is ARTIBVS, *Artium* CVLTVR. Testan-
tur in dies tot, taliaque Volumina Luci data;
quae pondere, & mole superant Optima, &
Innumera. **Splendet,**

A
Velut inter Ignes
LVNA *minores,*

A
Horat. lib. i. Carm.
Ode. **XXX**

PVRPVREVM hoc-ce, quod nuper acce-
pi, ab aliâ *Manu*, quàm opulèta Tuâ; eodem
tamè *Affectu*. Carptim legi; sed valdè recrea-
tus discessi; & cum Poëta acclamavi.

B *Sydera te excipiant, modò primos incipientem*
Edere vagitus, & adhuc à *Matre* **RVBEN-**
TEM.

B
Juvenal. Satyra.
vii. versu. 195.

à *Matre*

à Matre, inquam, idest, MENTE felici Tuâ.
 Non exposuisti ^C propter nimiam paupertatem
^C *Imp. in L. 1. Si quis propter. C. de Pa-*
tribus, qui filios suos
distraxerunt. Ti-
tulus. C. de Infan-
tibus expositis, Li-
beris, & servis, &
de his, qui Sangu-
nolentos nutrien-
dos acceperunt.
^D *Divus Hierony-*
mus ad Faustum.
^E *Baldus in Procmio*
Decretalium. n. 3.
^F *In Praeludiis Feu-*
dorum in Princi-
pio.
^G *In Epistola. vii.*
^H *S. LEO PP Di-*
ctionis Ecclesiast-
icae Tullius, in Ser-
mohe Festivitatis.
S. LAURENTII
Filium Sanguinolentum; attamen *Muricis San-*
guinem exposuisti nobis, vberiori illâ Tuâ Do-
ctrinâ, & praeclarâ Eruditione, cujus praesidio,
Robore, seu Rubore, Litterariam REM salvam,
 & incolumen semper video. ^D Aliquid fanè
 relinquendum est; & cum diù Nobis vivere
 non liceat, eo ipso Nos vixisse testemur. nam
 quemadmodum ^E triste evenit diviti decedere si-
 ne Haerede; ita etiam miserrimum est habenti gra-
 tiam Intellectus, & Posteris suis, ^{STVDIOSIS} sci-
 licet, nihil scriptum relinquere, quo possint, velut
 Haeredes Intellectus, aliquantulum consolari.
 Qui enim in *Disciplina* elaboravit diutius, ad-
 stringitur ex *Professionis* debito, quae conce-
 pit, instar *Seminis*, sub Dio ponere. Non sem-
 per, ^F ait idem Baldus, *Semen sub Terra jacer;*
 sed *Terrâ scisâ sursùm protenditur,* & *adjutum à*
Sole, Coelum conspicit. Proinde, si bonum est, in hor-
 reis reconditur, & servatur, atq; nutrimentum ex eo
 capitur; si malum, transversis fulcis eradicatur.
SCIENTIA, quae in tenebris jacet, non dici-
 tur *SCIENTIA;* immò si detur mihi cum hac ex-
 ceptione, ut illam inclusam teneam, & non enuncie,
 rejiciam. ^G Verba sunt Senecae. Nullus ^H Bo-
 nus, sibi solus est Bonus; nec cujusquam Sapiientis,
 sibi tantum *SAPIENTIA* est Amica.
Regnum Pignus, hoc est, *SERENISSIMUM* No-
 strum *INFANTEM FERDINANDVM.*
 aliter

aliter quam *Φινικίς γράμμασι* (Puniceis Lit-
 teris) alloqui non decebat. Pecularis hic
RINCIPIBVS Licor. * *γαφίδα τε βαφί βα-*
ψαντες, ἢ βασιλεῖς γράφειν εἰώθασιν, ἐνεχειρίζοντο
τῷ βασιλεῖ τούτῳ (Calamus colore imbutus, quo
 scribere mos est *Imperatoribus,* huic *Principi* tra-
 debatur in manum). Appellat ^I eum Imperator
LEO, ENCAVSTVM, EN-
CAVSTRVM, vel *ENCAVTVM.* Sa-
 cri *Affatus,* quoscumq; *Nostrae* Mansuetudinis,
 in quacumq; parte paginarum scripserit *AVTORI-*
TAS, non alio vultu penitus, aut colore, nisi
PVRPVREA tantummodò Inscriptioe lustren-
 tur. Scilicet ut coëti *Muricis,* & triti *Conchylîi ar-*
dore signetur. Hanc autem Sacri *ENCAVSTI*
 confectioem nulli sit licitum, aut concessum habere.
 Agnoscit, & exprimit Anastasius Bibliotheca-
 rius. ^K Praepositus *CANICVLI* est, qui cu-
 ram, & custodiam gerit *CANICVLI,* idest,
Atramentarii, ex quo *IMPERATOR Phoeni-*
ceas Litteras scribit in chartis. Hic Mos ab anti-
 quis Tëporibus usq; ad nostra deductus, in His-
 pania, & in Armenia non obsolevit. Quod ut
 pateat, (licet modum Epistolae * excedere
 videar) oculatus Testis Historicum assero
MONIMENTVM; & Tibi referre decrevi.
IOANNES. I. CASTELLAE REX CA-
THOLICVS, Gloriosos Antecessores imi-
 tatus, eorumq; vestigia premens, *LEO-*
NEM. V. ARMENIVM REGEM,
 L Mu-

^K
 Procopius Ca-
 sariensis in Hist.
 Arcana pag. 29.

^I
 In L. Sacri Affatus.
 vi. C. de Diversis
 Rescriptis. ubi Dio-
 nis. Gothofredus
 Littera. D.

^K
 In viii. Synod.
 Act. x.

^{*}
 S. Basilii Epist.
 li. v. tom. ii. in iis
 exorbitare laudat.
 Itaq; si quâdo Epi-
 stolam tuam in ma-
 nus summimus, pri-
 mum quâ sit magni-
 tudine inspicimus,
 illamq; tantum dili-
 gimus, quâ tum ver-
 suum multitudine
 abundat.

L
Ioannes Mariana
lib. xviii. de Rebus
Hispaniac. c. iiii.

L Muneribus, & Hospitio grato, totifq; ul-
nis exceptit. *Madridium*, & *Illiturgim* ei do-
navit, annuosq; redditus, unde vitam susten-
taret, *Patria*q; & *Regni* levaret desiderium.
Principum propria Laus, alienam Calami-
tatem, Regum maximè, sublevare. Tali ta-
men pacto, & conditione dedit, ut vitâ fun-
cto LEONE, nunquam, nec ad tempus, ex
Regio in alium transfret dominium. Quid ni?
Regnū, dum **CHRISTIANAM** tuebatur
Religionem, amisit LEO. Promissis **IOAN-**
NIS stare spondet: Immunitates, atq; Privi-
legia *Madridio*, & Civibus concessa, facta-
tecta, integraq; conservare pollicetur. In quo-
rum fidem *Diploma*, Hispano sermone exara-
tum, *Litteris Paniceis* subscripsit, sic: **M**

M
Segobiae xiv. Kal.
Septeb. Era cto.
cccc. xxvii. Re-
fert Aegidius Gon-
calez de Avila, in
Theatro *Magnitu-
dinis Madridien-
sis*. c. xi. pag. 155.
& 156. Hieronym
de Quintana, de
*Magnit. Madri-
diensi*. lib. iiii. c.
xiv.

REY LEON

Regionis fortè suae observatà consuetudi-
ne, quam Hispani nunc, & verbis etiã agno-
scimus; quod non incongruã Etymolo-
giae animadversione patet. **RUBRICAS**
inde appellamus, **Signa**, quae post propria
apponemus Nomina, quibus utimur aliquã-
do; praecipuè in secretis Senatuum Consul-
tationibus.

LEONIS Mar-
moreum Tumul-
lum extare Lute-
tiae ait Ioannes Ma-
riana dicto libr.
xviii. c. iiii.

Proponis item Ipse **TE Panno COCCI-**
NEO, & **Tutelari** ornatum, ut **Principi** ad-
dictus agnoscaris: Qui Te etiã esse **SVVM**
ait, & **SIBI** merito vindicat. Scripti Tituli,
& ap-

& appensa **PVRPURA** declarabant Bona
in Aere **CAESARIS** esse. De Anatolio,
Imperatoriae Domus Curatore, & id pravè
Curante, refert Agathias. **N** *Titulorum Tabel-
las*, vel **PVRPRAE Segmenta**, Divitum do-
mibus saepè affixit. Constantinus Imperator ea
Insignia, vocat **ADNOTATIONES**. Ap-
tissimè Calsiodorus. **P** *Si quis ergò Iussa No-
stra agresti Spiritu resupinatus abjecerit, Casas*
*ejus, appositis Titulis, Fisci Nostri Iuribus vin-
dicabis.*

Indutus ergo hãc **Litterariã PVRPURA**
Subditus incedis **Regius**, ne dicam per auras
volitas **Q** eam minimè affectas; quod in cri-
mine Antiquis erat. Indutus & illã **Sacrã**
PVRPURA **Serenissimus INFANS** ad
SE trahit Omnes. Vt enim **REX R** Lapi-
dum **MAGNES**, in **PVRPURA** maximè
conservat suam Majestatem, & hostiles ar-
cet incurfus; sic **PRINCEPS**, **rubicundior**
ebore antiquo, electus **T** ex millibus, **CI-**
VEIS **Amore** allicit, **Armis** defendit, **V** **Suo**
beneficio tutus, nihil praesidiis egens. **X** Il-
lius demum Magnitudo **Stabilis fundat aq; est**,
quem Omnes tam supra SE esse, quam pro SE esse
sciunt. r PRAEEST, ut PROSIT. Et quan-

N
Lib. vii. Hist. Dixi-
mus jam olim,
dum paenè inter
Ephobos eramus,
in **TESSERA**
*Legū, ad L. Super-
ereandis Suscepto-
ribus.* ix. C. de *Iu-
re Fisci.* Lib. x.
pag. 12.

O
In *L. Si quando*
C. de *Bonis vacan-
tibus.*

P
Lib. iv. *Variar.* cap.
xiv.

Q
Ammianus. lib.
xvi. & xvii. Sozi-
nus lib. iv. Hege-
sippus, & alii.

R
Nicolaus Cabeus
Societatis **IESV**
Presbyter lib. iv.
de *Magnetica Phi-
losophia.* c. xxvi.
pag. 360.

S
Ieremias in *Thre-
nis.* cap. iv. n. vii.
T
Cantic. Canticorū
cap. vii. n. x.

V Seneca lib. i. de *Clementia* cap. xv. **X** Idem eodē lib. i. c. iiii. No-
ster **LIPSIVS** in *Epistola* prophonetica ad **Serenissimos PRINCIPES**
in *Comment. in C. Plinii Panegyricum*, & **TV**, **Maxime PVTEANE**, in
PVRPURA Austria pag. 96. **Y** **S. Bernardus** lib. iiii. de *Confid.* ad
Eugenium cap. i.

Z vis iste *Color Z* Inimicos excitet, Bella, **A**
Seneca lib. III. de Tumultus, Casusq; quibus Imperatoris Vita
Ira cap. XXX. Ovid. est obnoxia, portendat, eos debellare, **QVI**
in Metamorph. de iis jam triumphavit, spero, & **VOVEO.**
Haud secus exarsit, Munusculum Historicum, quod ad me ais
Circo quam Tau missum, & à TE mihi missum, MVNVS
rus aperto meritò nomino, nondum ad manus perve-
Cum sua terribili nit meas. Nò ita Epistola Doctissimo, & per-
petit irritamina Illustri COMITI Nostro VValther LV-
cornu, PO ÇAPATAE scripta, mellitissima fa-
Puniceas vestes nè, & inter secundas dapes, non secundum
A exhibendum Ferculum. Oneras fanè *Muneri-*
Philo in libro de bus: & quanvis eorum gratia aliquãdo gra-
Somniis. videtur, & quoniam fit Bonis; debitores, & gratos, animo
saltem, reddis, cum impares receptis, paria
Tibi referre non possint.

Curae leves loquuntur, ingentes stupent:

Idem in *Beneficiis*. Exiguus fatis fieri po-
test. Magna plerumq; melius silentio, quam
verbis agnoscuntur. Felix, cui datum est adi-
re PVTEANVM, in unis aedibus colloqui
simul!

Opera Luitprandi, jam diu Typis manda-
ta, & alia à me noviter reperta, Notis P.
Hieronymi de la Higuera, Societatis I E S V
Presbyteri, doctis fanè, & laboriosis, illustra-
ta, aliquot item meis, & Amicorum adje-
ctis, ut excudantur à Politissimo MVRE-
TO Tabellarius tulit, detulitq; LVDOVI-
CO NONNIO Meo. Si vacas *Auctorem,* &
Edi-

Editorem Versibus, & Honore cumula. Va-
le meq; amare non desinas. Vale iterum ex
Musaco Nostro Madridiensi Kal. Iul. Anno
CIC. IIC. XXXV.

Tuus ex Animo

Don Laurentius
Ramirez de Prado.